

ANACLETVS autem na. **ADRIANVS**
tione atheniensis. ex patre quartus per
antiocho. sedit annos XII. secutor
mensis II. dies X. Tunc
temporibus Domitiani.
Hic memoriam beati Petri
construxit. et composuit
dum presbiter factus fuit
a beato Petro seu alia^{a)}
loca. ubi episcopi condide-
runt sepulturas ubi et ipse
sepultus est. iuxta corpus
beati Petri

EVARISTVS natione græcus
ex patre iudæo. sedit annos
XIII. mensis VII. dies V.
Tunc temporibus Domiti-
ani et Nerue et marti-
rio coronatus iuxta corpus
beati Petri sepultus est.
Hic titulos in urbe roma
divisit presbiteris. et VII.
diaconos ordinavit qui
custodirent episcopum præ-
dicantem propter studium
veritatis

ALEXANDER natione ro-
mannus ex patre Alexandro
sedit annos X. mensis VII.
dies II. Tunc temporibus tra-
iani. et martirio corona-
tus. sepultus est via nu-
mentaria ubi decollatus est
VII^{mo}. ab urbe miliario. Hic
passionem Domini instituit
in sacrificiis commemoran-
dam quando missæ
celebrantur. et constituit

aquam sparsionis cum
sale benedici in habitaculis
hominum

SIXTUS. I. natione roma-
nus sedit annos X. mensis II.
dies XX. I. Tunc tempore adri-
ani et martirio coronatus.
sepultus est iuxta corpus bea-
ti Petri. Hic constituit ut mi-
nistria ^{crast} sancta non tangeren-
tur nisi a ministris deo sa-
cratis. et ut decantaretur
sanctus in missarum solem-
niis.

TELESPHORVS natione græc. **ANTONINVS**
cus ex anachoreta sedit an- pius cum
nos XI. mensis III. dies XXII. filiis
Tunc tempore antonii marci.
et martirio coronatus. iux-
ta corpus beati Petri sepul-
tus est. Hic constituit. ut VII.
ebd ante pascha a clericis
fieret. et in natalis domi-
ni nocte missa celebratur.
quam omni tempore ante
horam terciam qua domi-
nus ascendit crucem nullus
facere præsumperat. et ut
ante sacrificium ymnus
angelicus diceretur gloria in
excelsis deo.

YGIVS natione græcus **MARCUS**
ex philosopho sedit annos
IIII. mensis III. dies VIIII.

Tunc tempore severi marci. **ANTONINVS.**
et iuxta corpus beati Petri
sepultus est. Hic clerum com-
posuit et distribuit gradus **VERUS**